

Exaudi Domine preces nostras, ut redemptionis nostrae sacrosancta commercia et vitae nobis conferant praesentis auxilium et gaudia sempiterna concilient.

Concede nos famulos tuos quaesumus Domine Deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa B. Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia et aeterna perfrui laetitia. Per Christum etc.

R. Amen.

H Y M N U S

*Sancta Mater istud agas
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide
Tui Nati vulnerati
Tam dignati pro me pati
Poenas mecum divide
Fac me tecum pie flere
Crucifixo condolere
Donec ego vixero
Juxta Crucem tecum stare
Et me tibi sociare
In planctu desidero.*

✠. Ora pro nobis Virgo dolorosissima

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S

Deus in cujus Passione secundum Simeonis prophetiam dulcissimam animam gloriosae Virginis et Matris Mariae doloris gladius pertransivit; concede propitius, ut qui Transfixionem Ejus et passionem venerando recolimus, gloriosis meritis, et precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter astantium intercedentibus passionis tuae effectum felicem consequamur. Qui vivis et regnas etc. Amen.

Si dica tre volte

✠. Virgo Dolorosissima R. Ora pro nobis.

✠. Nos cum prole pia R. Benedicat Virgo Maria.

CCCXCIII.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII humillimis precibus a quamplurimis Orbis Catholici Episcopis Sibi porrectis benigne annuens, et ad augendam erga S. Aloysium Gonzagam Juventutis specialiter Patronum devotionem, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote Orationem hic adnexam, ac insimul Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam recitaverint, Indulgentiam centum dierum semel ab unoquoque singulis diebus lucrandam, fidelibus defunctis quoque applicabilem benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgen. die 6 Martii 1802.

Petrus Maccarani Secret.

O R A Z I O N E

O Luigi Santo di angelici costumi adorno, io indegnissimo vostro divoto raccomando a voi singolarmente la castità dell'anima e del corpo mio; vi prego per l'angelica vostra purità a raccomandarmi all' Agnello Immacolato Cristo Gesù, ed alla Sua Santissima Madre Vergine de' Vergini, e custodirmi da ogni grave peccato, non permettete che io m'imbratti di macchia alcuna d'impurità; ma quando mi vedrete nella tentazione o pericolo di peccare, allontanate dal cuor mio i pensieri e gli affetti tutti immondi, risvegliando in me la memoria dell' eternità e di Gesù Crocifisso; imprimetemi altamente nel cuore un sentimento di timor santo di Dio, e riscaldandomi d'amor divino con imitare Voi in terra meriti di godere con voi Iddio nel Cielo. Amen.

Pater et Ave etc.

CCCXCIV.

Beatissimo Padre

Varii Vescovi e Sacerdoti Oratori Umilissimi riverentemente implorano che la S. V. si degni concedere le seguenti Indulgenze per le recite delle Orazioni e Laudi annesse. Primo l'Indulgenza di 60 giorni da guadagnarsi una volta per giorno da chiunque la reciterà divotamente. Secondo l'Indulgenza Plenaria per coloro, i quali nel corso di un anno non interrottamente avranno recitato le suddette orazioni e Laudi, e questa nelle tre sole feste della Natività, Assunzione, e Cuore Santissimo di Maria, purchè oltre alle solite condizioni visitino una qualunque Chiesa dedicata sotto la invocazione della B. V. M. pregando l'Altissimo secondo le intenzioni di V. Santità. Terzo finalmente per tutti quelli che quotidianamente avranno nel corso intiero della loro vita praticato questo esercizio l'Indulgenza Plenaria in punto di morte; e che tutte queste Indulgenze siano applicabili alle anime del Purgatorio. Che della Grazia etc.

ORAZIONE AL SANTISSIMO CUORE DI MARIA

O Cuore di Maria Madre di Dio e Madre nostra, cuore amabilissimo oggetto delle compiacenze dell'adorabile Trinità e degno di tutta la venerazione, e tenerezza degli Angeli e degli uomini; Cuore il più consimile a quello di Gesù, di cui siete la più perfetta imagine. Cuore pieno di bontà e tanto compassionevole verso le nostre miserie; degnatevi di sciogliere il ghiaccio de'nostri cuori. Fate che sieno interamente rivolti a quello del Divin Salvatore. Infondete in essi l'amore delle vostre virtù. Infiammateli di quel beato fuoco di cui continuo avampaste. Racchiudete in voi la S. Chiesa; custoditela. Siate sempre il suo dolce asilo e la sua torre inespugnabile contro ogni incursione de' suoi nemici. Siate la nostra via per andare a Gesù, e il canale per cui riceviamo tutte le grazie necessarie per salvarci. Siate il nostro soccorso nei bisogni, il nostro

solievo nelle afflizioni, il nostro conforto nelle tentazioni, il nostro rifugio nelle persecuzioni, il nostro ajuto in tutti i pericoli, ma specialmente negli ultimi combattimenti della nostra vita, in tempo di morte, quando tutto l'Inferno si scatenerà contro di noi per rapire le nostre anime, in quel formidabile momento, in quel punto terribile da cui dipende la nostra eternità. Ah sì allora o Vergine piissima fateci sentire la dolcezza del Vostro cuore Materno e la forza del vostro potere presso a quello di Gesù, con aprirci nel fonte istesso della misericordia un sincero rifugio, onde possiamo giungere a benedirlo con Voi in Paradiso per tutti i secoli de' secoli. Così sia.

LODE AL CUORE DI GESU' E DI MARIA

Conosciuto, lodato, benedetto, amato, servito, glorificato, sempre e da per tutto sia il Divinissimo Cuore di Gesù e l'illibatissimo Cuore di Maria. Così sia.

Ex audientia Sanctissimi die 18 Augusti 1807

Sanctissimus D. N. benigne annuit juxta petita in perpetuum.

Petrus Maccarani Secret.

CCCXCV.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ad augendam Christifidelium pietatem et devotionem in recolenda sacrosancta illa trium horarum memoria, quibus Salvator Mundi Dominus Noster Jesus Christus pro omnibus nobis pependit in Cruce juxta methodum religiose, ac maximo animarum fructu jam introductam et in pluribus Ecclesiis frequentatam in ipsa Feria VI Majoris Hebdomadae: benigne ampliavit, et indulisit, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus in forma Ecclesiae consueta, et ab Apostolica Sede praescripta. Qui singulis annis in ipso Feriae VI Majoris Hebdomadae die per tres continuas diei ejusdem horas se recollegerint, et animo revolvere, ac corde perpendere pro unjuscujusque modulo studuerint, quae tunc pro nobis passus est in Cruce quaeque Sanctissima verba protulit moriens Re-

demptor Mundi: vel privatim, vel conjunctim sub proprio Parrocho, vel alterius Sacerdotis, aut Ministri directione, aut probati, et devoti alicujus libelli hoc argumentum tractantis subsidio, et Psalmorum, Hymnorum aliarumque vocalium precum supplemento, in Ecclesiis, et Oratoriis Ruralibus et Locorum, vel etiam Civitatum, ubi non celebretur eo tempore pium idem exercitium, vel ob concursum populi, vel loci angustiam aditus ibidem alicui forte non pateat; ne propter haec quisquam fidelium volens et cupiens, tanto Religionis nostrae bono fraudetur, idem Sanctissimus Pater Pius PP. VII indulget, et largitur, ut de spirituali Ecclesiae thesauro Plenariam omnium peccatorum Indulgentiam piissimo huic exercitio publice et solemniter celebrato ab Apostolica S. Sede jam ab anno 1789 concessam et fidelibus etiam defunctis applicabilem, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint in Feria V in Coena Domini vel infra hebdomadam Paschalem, et per aliquod temporis spatium pie oraverint juxta mentem Sanctitatis Suae, eodem modo quisque lucrari possit et valeat ac si solemnioribus iisdem functionibus ubi frequentantur praesens esset.

Mandat insuper, et elargitur idem Sanctissimus Pater, ut in singulis anni sextis Feriis, quisque fidelium qui ejusdem Divini Agonis digne memor, atque devotus per aliquod temporis spatium eodem modo quo supra dictum est pie oraverit; singulis vicibus Indulgentiam biscentum dierum pariter lucrari possit et valeat addendo etiam, quod pro omnibus et singulis anni mensibus, omnes qui continuis praecedentibus Feriis sextis medita- verint et oraverint, in Feria ultima cujuslibet mensis Sexta, pium idem trium horarum exercitium privatim pariter vel conjunctim sancte ac pie renovaverint; eadem in forma similiter Ecclesiae consueta, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint, et ut supra oraverint, Plenariam Indulgentiam, quae pro solemnibus Feria VI Majoris Hebdomadae concessa est, eodem modo semel in mense consequatur. Praesentibus proprio Sanctitatis Suae Motu et ad plurimum Sanctissimi Agonis devotorum preces concessis, et elargitis, absque ulla Brevis ex-

peditione in perpetuum valituris. Datum Romae die 14 Februarii ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. anno Domini 1815.

J. D. CARD. CARACCIOLLO PRAEF.

Petrus Maccarani Secret.

CCCXCVI.

URBIS ET ORBIS

Ut flagella Iracundiae Omnipotentis Dei, quae pro peccatis nostris patimur, et iram indignationis suae quam nos meremur averteret, qui hisce potissimum temporibus repentino apoplexiae morbo, sic disponente Deo, corripimur, Davidis sequentes vestigia, qui juxta sermonem Gad quem praeceperat ei Dominus, et ascendit et aedificavit Allare Domino, et obtulit Holocausta et Pacifica et propitiatus est Dominus Terrae, et cohibita est plaga ab Israel; hinc est quod Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII desiderans Domino populum reddere acceptabilem, et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum, et quasi quibusdam allecturus muneribus, Indulgentiis videlicet, et remissionibus invitans, ut exinde reddantur Divinae Gratiae aptiores; omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote infrascriptas preces recitaverint, quoties id egerint, Indulgentiam centum dierum benigne concessit. Iis vero utriusque sexus Christifidelibus quotidie per annum supraenunciatas preces ut supra recitantibus Indulgentiam Plenariam fidelibus quoque defunctis applicabilem, tam in diebus festivitatibus Sanctissimae Crucis; quam in feria quinta et sexta Majoris hebdomadae lucranda, dummodo vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint, et aliquam publicam Ecclesiam visitaverint ubi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservatur, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint clementer impertitus est. Voluitque Sanctitas Sua perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituras. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Martii 1816.

J. PH. CARD. SCOTTI PRO-PRAEF.

Petrus Maccarani Secret.

ORATIONES ET ANTIPHONAE

AD PETENDAM A REPENTINA MORTE LIBERATIONEM ACCOMODATAE,
JUSSU S. M. CLEMENTIS XI COLLECTAE
A B. JOSEPHO MARIA CARDINALI THOMMASI

Exaudi nos Deus salutaris noster, et ne dies nostros ante finiri jubeas, quam peccata dimittas, et quia in Inferno superflua poenitentia est, et nullum spatium corrigendi; hinc te supplices rogamus, et petimus, ut ubi das spatium supplicandi, jubeas et peccata dimitti. Per Christum Dominum Nostrum.

Averte Domine, quaesumus a fidelibus tuis cunctos miseratus errores, et saevientium morborum repentinam depelle perniciem, ut quos merito flagellas devios, foveas tua miseratione correctos. Per Dominum etc.

Antiphona

Anima mea cessa jam peccare; cogita de subitanea transpositione ad aeterna tormenta. Ibi enim non suscipitur poenitentia, nec lucrificiunt lacrymae. Dum tempus adest convertere, clama dicens, Deus meus miserere mei.

Antiphona

Media vita in morte sumus, quem quaerimus adjutorem, nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris irasceris? Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte misericors, Salvator amarae morti ne tradas nos.

V. Ne subito praeoccupati die mortis, quaeramus spatium poenitentiae, et invenire non possimus.

R. Attende Domine et miserere quia peccavimus tibi.

OREMUS

Populum tuum, quaesumus Omnipotens Deus ab ira tua ad te confugientem paterna recipe pietate, ut qui tuae majestatis flagella in repentina morte formidant de tua mereantur venia gratulari. Per Christum Dominum Nostrum.

Ecclesiae tuae, quaesumus Omnipotens Deus placatus intendente conventui, et misericordia tua nos potius quam ira prae-

veniat; quia si iniquitates nostras observare volueris, nulla poterit creatura subsistere; sed admirabili pietate, qua nos fecisti, ignosce peccantibus, ut opera manuum tuarum repentina morte non facias interire. Per Christum Dominum Nostrum.

Exaudi Domine preces nostras et ne velis cum servis tuis adire judicium: quia sicut in nobis nulla justitia reperitur, de qua praesumere valeamus: ita te fontem pietatis agnoscimus: a quo, et a peccatis nostris ablui, et a necessitatibus ac repentina morte liberari confidimus. Per Christum Dominum Nostrum.

Deus sub cujus oculis omne cor trepidat, et omnes conscientiae pavescunt: misericordiam tuam effunde supplicibus, ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non judicium tuum in repentina morte nostra sed Indulgentiam tuam sentiamus. Per Christum Dominum Nostrum.

Alle suddette orazioni raccolte dal Beato Cardinal Tommasi si aggiunge la seguente.

O misericordiosissimo Signore Gesù, per la vostra Agonia e sudore di Sangue per la morte vostra liberatemi, vi supplico dalla morte subitanea ed improvvisa.

O benignissimo Signore Gesù per l'acerbissima e ignominiosissima Flagellazione e Coronazione vostra, per la vostra Croce e Passione amarissima, e per la vostra Bontà umilmente vi prego, che non permettiate, che io improvvisamente muoja, senza i Santissimi Sacramenti passi da questa vita.

O mio amatissimo Gesù Signor mio per tutti i travagli, e dolori vostri per il vostro preziosissimo Sangue, e per le Sagrosante vostre Piaghe, per quelle vostre ultime parole dette in Croce «Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me» e per le altre «Padre nelle tue mani raccomando lo spirito mio» ardentissimamente vi prego di liberarmi da morte repentina. Le vostre mani, o mio Redentore, mi hanno fatto e formato tutto intieramente. Deh non permettete, che io sia colto improvvisamente dalla morte. Datemi vi supplico spazio di peniten-

za, concedetemi un transito felice, ed in grazia vostra, affinché io vi ami con tutto il cuore, vi lodi, e benedica in eterno. Amen.

Si reciteranno cinque Pater ed Ave in memoria della passione del Nostro Divin Redentore e tre Ave Maria alla Vergine Santissima Addolorata.

(Sequitur versio Italica)

Esauditeci o Dio Salvatore Nostro e non comandate che finiscano i giorni nostri avanti che ci cancelliate i peccati e perchè nell' Inferno è opera gittata la penitenza e non v'è spazio di correzione, quindi supplichevoli vi preghiamo e domandiamo che ove ci date tempo di supplicarvi, comandate che i peccati altresì ci sieno rimessi. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

Togliete o Signore, vi preghiamo, misericordioso dai fedeli vostri tutti gli errori, e de' morbi che incrudeliscono allontanate la improvvisa disavventura, acciocchè quelli che meritamente flagellate con loro ignominia prosperiate corretti con la vostra misericordia. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

Antifona

Anima mia cessa ormai di peccare, pensa al subitaneo passaggio agli eterni tormenti: imperocchè ivi non si accetta penitenza, nè giovano le lagrime. Mentre vi è tempo convertiti, grida dicendo: Dio mio abbiate misericordia di me.

Antifona

Nel mezzo della vita siamo alla morte: da chi abbiamo a cercare ajuto, se non da Voi o Signore, che per le nostre colpe sdegnato siete? Santo Dio, Santo forte, Santo misericordioso Salvatore, ad una morte amara non ci abbandonate.

✠. Perchè subito preoccupati dal dì della morte non cerchiamo spazio di penitenza e non possiamo ritrovarlo.

R. Attendete o Signore, e usateci misericordia perchè abbiamo peccato contro di Voi.

ORAZIONE

Il popolo vostro dall'ira vostra a Voi ricorrente, vi preghiamo o Dio onnipotente ad accogliere con paterna pietà, acciocchè coloro i quali nella morte improvvisa temono i flagelli della vostra Maestà meritino rallegrarsi del vostro perdono. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

All' Adunanza della vostra Chiesa, di grazia Onnipotente Dio, placato volgetevi, e la misericordia vostra ci prevenga piuttosto che l'ira; perchè se vorrete riguardare le nostre iniquità, nessuna creatura potrà sussistere; ma coll' ammirabile pietà con cui ci avete creati perdonate a noi peccatori; acciocchè l'opere delle vostre mani con improvvisa morte non facciate perire. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

Esaudite o Signore le nostre preghiere e non vogliate coi vostri servi formare giudizio, perchè siccome in noi non si trova giustizia alcuna di cui possiamo presumere, così neppure conosciamo altra fonte di pietà da cui confidiamo di essere lavati dai nostri peccati e liberati dalla necessità e dalla morte repentina. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

Oh Dio sotto i cui occhi trema ogni cuore e tutte paventano le coscienze; la vostra misericordia diffondete sopra di noi supplichevoli, acciocchè noi, che diffidiamo delle qualità dei nostri meriti, non il vostro giudizio nella morte improvvisa ma proviamo il perdono. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

CCCXCVII.

Beatissimo Padre

Desideroso Fr. Stanislao di S. Francesco di Paola Carmelitano Scalzo che si propaghi la divozione al Mistero della Santissima Trinità siccome anche a tutto il Paradiso, in poche ristrette preghiere; prostrato ai Vostri Santissimi Piedi vi supplica a volervi degnare dell' applicazione di alcune Indulgenze a chiunque reciti le due seguenti antifone, solite recitarsi nell' Ufficio Divino. Che della grazia.

Antifona alla Santissima Trinità

Te Deum Patrem Ingenitum, Te Filium Unigenitum, Te Spiritum Sanctum Paraclitum: Sanctam et Individuam Trinitatem toto corde et ore confitemur, laudamus atque benedicimus, Tibi Gloria in saecula.

V. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in Confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare Unitatem: quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum etc.

Antifona a tutto il Paradiso

Angeli, Archangeli, Throni et Dinationes, Principatus et Potestates, Virtutes Coelorum Cherubim atque Seraphim, Patriarchae et Prophetae, Sancti Legis Doctores, Apostoli, omnes Christi Martyres, Sancti Confessores, Virgines Domini, Anchoritae, Sanctique omnes intercedite pro nobis.

V. Omnes Sancti et Sanctae Dei.

R. Intercedite pro nobis.

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnium Sanctorum merita nobis prodesse voluisti, quaesumus, ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum etc.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII piis precibus dilecti Filii Fr. Stanislai a S. Francisco de Paula Ordinis Carmelitarum Excalceatorum benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui corde saltem contrito antedictas preces, ad gloriam Sanctissimae Trinitatis, et honorem Sanctorum omnium

exaratas, quotidie, ac devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum in singulis Dominicis cujuslibet mensis lucranda benigne concessit. Voluitque autem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram; et (quoniam jam satis super hoc provisum) ne transeat in exemplum. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 2 Julii 1816.

Laurentius Mattei Secret.

CCCXCVIII.

Cum Sac. Congregationi Indulgentiis et Sacris Reliquiis praepositae nonnulli porrecti fuerint supplices libelli in quibus continebantur preces ab aliquibus piis et Religiosis viris exaratae, vel in memoriam Passionis Christi Domini vel Sanctorum etc. aut in suffragium defunctorum fidelium etc. pro quibus precibus specialis aliqua dierum, annorum, et etiam Plenaria Indulgentia postulabatur; hinc facto verbo cum Sanctissimo per me infrascriptum Secretarium, ut iisdem instantiis, aliisque similibus in posterum consuleret Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ex Audientia diei 9 Julii 1816 inhaerendo ad decretum sa. me. Pii PP. VI Praedecessoris Sui sub die 7 Julii 1777, et quoniam de his jam satis satisque provisum, illud approbando confirmavit, et publicari mandavit ut in posterum nullae admittantur instantiae, nec concedantur Indulgentiae supplicibus libellis, novas preces continentibus, novasque Indulgentias postulantis. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Julii 1816.

Laurentius Mattei Secret.

CCCXCIX.

Ut nos in tantis periculis constituti majoribus, spiritualibusque ne destituamur auxiliis, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII de aeterna Christifidelium felicitate procuranda quam maxime sollicitus, et ut erga S. Michaellem Archangelum Coelestis Militiae Principem devotio augeatur, sitque nobis tu-